

mitior tertianæ, sed ardentior quotidianæ,
 qui non æquabiliter in toto corpore effundi-
 tur, sed alicubi cum frigore permixtus senti-
 tur. Præterea sitis, vigiliæ, capitis dolor super-
 ueniunt sæuiora quàm in quotidiana, sed mi-
 tiora quàm in tertiana. Quartanæ accessio cu-
 ius vis tertianæ longior est, sed quotidianæ
 breuior. Pulsus initio accessionis languidus
 est, hoc est minimus ac rarus, qui postea vali-
 dus fit ac magnus atque frequens celérque &
 perinde inæqualis atq; in ceteris alijs putridis:
 Vrina primis ferè diebus tenuis apparet & a-
 quosa: postea uerò & substantia & colore, &
 contētis mutatur. Quartanæ autē nothæ signa
 ferè eadem sunt, quæ veræ & exquisitæ: ex co
 tantùm distāt quòd quæ notha est, sæpius ter-
 tianis febribus succedit: ætate hominē corri-
 pit: tertio, aut septimo mēse (ad summum) sol-
 uitur, nisi errore quodam diutius prorogatur:
 Exquisita etiam yltra annum protrahi non
 solet, nisi multos errores æger committat.
 Tertium spuria quartanæ genus quo, mulie-
 res & pueri & adolescentes interdum corri-
 piuntur à crassa pituita & lenta originem ha-
 bet. Quotidiana intermittens rarissima est,
 humidis que naturis, quæ vel natura, vel ætate,
 vel crapula, vel otio, vel longiore somno, vel
 denique cibis frigidioribus humidioribus que
 tales factæ sunt, contingere solet, quia multa
 abundant